

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 14. Opportuna digressio, qua variis exemplis ostenditur, quām verē,  
quamque sapienter Pallavicinus dixerit, nostræ de divina misericordia  
existimationi evagandum non esse extra eos fines, quos ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

## Amor ad Deum per Sacra menta perducens.

10

in veteri, vel faciliore ratione saluti hominum providit in veteri, quam in novo. Cum in novo nullus hominum sit, pro quo institutum non sit remedium per meritum Sanguinis Christi. Nec infantibus in utero morientibus in veteri Testamento fides parentum subvenire potuerit; subdiu nique per baptismum magis generale sit, magisque obvium universitati hominum, quam fides parentum. Neque enim fides obvia fuit omni, sed um tantum nationi, neque fidei subfidiu tam facile comparabatur, quam modi baptismi. Facilius quippe modi est aquam habere, utpote ubique affluente; facilius item baptismi Ministrum ubique terrarum modi habere, quam tunc fidei praedicatorum: cum ad baptismi ministerium admissi sint ipsi quoque ethnici, ac mulieres. Et quamvis in calo fortuito contingat aquam decelle, subinde etiam ex malitia intentioem: longe pluribus parentibus in veteri Testamento congit fidei abesse, quam Ministris intentionem.

### C A P U T X I V .

*Opportuna digressio, quia variis exemplis offenditur, quam vere, quamque sapienter Pallavicinus dixerit, nostra de divina misericordia existimatione evagandum non esse extra eos fines, quos Deus per sacras Litteras communivavit. Qui vos fines aucti prætergredi, specie pietatis in errores labi.*

124 **P**rimo namque S. Thomas Suppl. q. 99. a. 2. dicit quod error Origenis fuit (ut Augustinus 21. Civitatis Dei 17. dicit) quod demones quandoque per Dei misericordiam liberantur a peccatis. Sed iste error ab Ecclesia reprobatus est, &c.

125 Secundo, ut idem S. Thomas prosequitur ibidem a. 3. (sic ut Augustinus dicit 21. Civit. 17. & 18.) quidam in hoc ab errore Origenis declinaverunt, quod demones posuerant in eternum puniri; sed omnes homines quandoque liberari a pena, etiam infideles. Sed hoc positio omnino est irrationabilis, &c.

126 Tertiò, teste codem S. Thom. a. 4. quidam fuerunt (ut dicit Augustinus in predicto libro c. 20. & 21.) qui non omnibus hominibus promiserunt abolitionem a pena eterna, sed soli Christiani. Et in hoc diversificati sunt. Quidam enim dixerunt, quod quicunque Sacramenta fidei perceperunt, ab eterna pena erunt immunes. Sed hoc est contrarium veritati. Qui quidam Sacramenta fidei recipiunt, & fidem non habent, sine qua impossibile est placere Deo. Hebr. 11.

127 Et ideo alii dixerunt, quod soli illi ab eterna pena erunt immunes, qui Sacra menta fidei sunt consecuti. Et fidem Catholicam tenerunt. Sed contra hoc esse videtur, quod aliquando aliquis Catholicus fidem tenet, & postea ab ea recedunt, qui non minori pena sunt digni, sed majori. Quia 2. Petri 2. melius erat illis non cognoscere viam justitiae, &c.

128 Et ideo alii dixerunt, quod soli illi ab eterna pena sunt immunes, qui in fide Catholica finaliter perseverant, quantumcumque alii criminibus involventur. Sed hoc manifeste contrariatur Scriptura, &c. In ea nihilominus opinione non solum haeretici fuerunt, sed & Catholici. quibus (ut Augustinus refert in exordio libri de fide & operibus) prosperea videbatur indiscretè omnes admittendos esse ad latracione regenerationis. . . etiam si malum, surpeme vitam, facinoribus & flagitis evidenter notam, mutare noluerint, atque in ea perseveratores aperte etiam professio ne declaraverint. . . . Peruersum enim putant atque præpostorum, prius docere quemadmodum de-

beat vivere Christianus; sed censent precedere debere Baptismi Sacramentum, ut deinde sequatur vita morumque doctrina. Quam si tenere & custodiare volunt, utlitter fecerit. Si tamen noluerit, & retentia fide Christiana, sine qua in eternum periret, in quolibet seclero, immunditique permaneret, salvum cum futurum, sanguine per ignem, velut qui edificaverit supra fundamentum quod est Christus, non aurum, argentum, lapides pretiosos, sed ligna, fænum, stipulana, id est non iugos, castaque more. sed iniquos, & imiudicos. Et contra eos S. Augustinus 2. retract. 36. scripsisse se dicit prestatum librum de fide & operibus scribendi occasioem commemorat: quia missa sunt miseri (inquit) à quibzdam fratribz, Lauzi quidem, sed divinorum eloquiorum studiis, scripta nonnulla, que ita distinguuntur a bonis operibus Christianam fidem, ut sine hac non posse, sine illis autem perveniri suaderetur ad eternam vitam.

Ista sententia imbuta quedam Catholicæ Ecclesiæ, teste codem Augustino 1. 1. de adulterio conjug. c. 18. retinentes adulterina confortia admitebant ad baptismum, dummodo integrè profiteretur Christianam fidem, fundante se in eo quod Apostolus 1. Cor. 3. sit: *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod possumus est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superedificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fænum, stipulana, utrumque opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit, quia in igne revlabitur: & unusquisque opus qualis sit, ignis probabit. Si cujus opus manerit quod superedificavit, mercedem accipiet. Si cujus opus arserit, detrimentum patetur: ipse autem salvus erit; sic tamen quia per ignem Hoc quæcunq[ue] fundamentum talvens hominem (ait Christianus Lupus dicit, de opin. prob. cap. 14.) quedam Ecclesiæ confuerunt esse solam fidem. Superedificata ligna, fænum, stipulas, confuerunt esse qualiacunque cuam facinora ac flagitia. Hæc in fidelibus exunda crediderunt per futuri scufli ignem, ita ut illi postmodum eient p[ro]enit pugnati, ac fierent salvi.*

Itam etiam sententiam tenuit Rufinus, qui p[ro]fim creditur Paletine Presbyter (pergit Lupus ibidem) etenim in sua per Jacobum Simondum vulgata fidei confessione ponit hunc primum articulum: *Qui dicunt diabolus & demonius, & impii, hoc est Gentibus, Judas, Samaritanis, omnibusque hereticis (excepti Christiani, qui rectam fidem sequuntur, & peccatores sunt) aliquando esse parendum, & penas eorum non esse perpetuas, anathema sit. De quo anathematizat recte scribit Joannes Camerius: Illorum pena perpetua dicuntur; quod dominum catholicum est. Iborum temporales, quod est magnus olim viris placitum est, ab aliis tam erroris dominatur.*

Inter istos magnos viros, Lupus ibidem recentet S. Hieronymum, id probans, quia in Dialogo aduersus Pelagianos cap. 9. improbat Pelagium, dicentem, in die judicii, inquis & peccatoribus non parendum, sed eternis eos ignibus exعدdos. Hoc (inquit) de Catholicis peccatoribus intellectum Hieronymus improbat, ad objectum Isaiae locum, coniurantur peccatores & iniqui respondens: non addit: in eternam. Sequentia vero Prophetæ verba, & qui reiungunt Deum, consummabuntur, expones, de hereticis, qui rectam fidem trahunt, relinquentes consummabuntur. si noluerint ad Dominum reverti, quem dereliquerunt. Quæ sententia & tibi parata est, si neglexeris ad meliorem converti. Deinde cuius est temeritatis ini- quos & peccatores impii jungunt? id est iis, qui notitiam Dei non habent, vel habitam transgressione mutarunt. Illos a fidelibus plurimum dista-

C 2

te multis ostendit, & subdit: Si autem Origenes omnes rationales creaturas dicunt non esse perdendas, Et diabolus tribuit penitentiam, quid ad nos, qui Et diabolum, & satellites ejus, omnesque impios & prevaricatores dicimus peccare perpetuū, Et Christianos, si in peccato preventi fuerint, salvandos esse post paenam? Quibus verbis videtur quoad Catholicos peccatores cum Origene sentire.

Quidquid sit de Hieronymo, Jonas Episcopus Aurelianensis l. 1. c. 19. Dicit soles a nonnullis Christianis (inquit saeculo nono) quod bi qui in Christo renati sunt, quamquam sceleratè vivant, Et in malis operibus diem claudant extremum, diuturno aque purgatorio, non tamen perpetuo igne sunt purgandi.

**132** Denique memorati erroris assertores Catholicos fuisse, Augustinus Enchirid. c. 67. exprefse testatur, dicens: Creduntur à quibusdam etiam bi qui nomen Christi non relinquunt, Et ejus lavacro in Ecclesia abluantur, nec ab ea ulla scismate vel heresi praedicantur, in quantilibet sceleribus vivant, que nec diluant peccato, ac elemosynis redimant, sed in his usque ad ultimum vita sine penitentia perfeverant, salvi futuri per ignem, licet pro magnitudine facinorum flagitiorumque diuturno, non tamen perpetuo igne puniri. Sed quis hoc credant, Et tamen Catholici sunt, humana quadam benevolentia, seu male fundata opinione de divina misericordia, mibi falli videntur. Hunc errorem velut palam Evangelicis aliisque Scripturis adversantem, idem Augustinus refutavit in supra laudato libro de fide & operi, necnon in Enchiridio, in libris de Civitate Dei, aliquid locis, sicut & sanctus Chrysostomus homil. Domin. 2. Adventus to. 6. Et hom. 30. in Evang. Joan. Jonas Aurelianensis ubi supradicta & S. Thomas loco relato.

**133** Quartò, S. Thomas citat q. 99. a. 5. alterius erroris mentionem facit: Dicendum (inquit) quod sic Augustinus dicit in libro praedito cap. ult. quidam posuerunt, non omnes, qui Catholicam fidem tenent, paenam eternam esse liberando, sed solum illos qui operibus misericordie inflant, quamvis etiam aliis criminibus sint subjecti. Sed illud non potest stare. Quia si charitate non potest Deo aliquid esse acceptum, nec sine ea prodest aliquid ad vitam eternam. Contingit autem aliquos operibus misericordie inflistere, qui charitatem non habent.... Et praecepit hoc apparet in raptoribus, qui multa rapiunt, Et tamen aliqua misericorditer largiuntur. Et id dicendum, quod quicumque cum peccato mortali decadunt, nec fides, nec opera misericordie, eos liberabunt à pena eterna, etiam post quantumcumque spatium temporis. Ut patet i. Cor. 6. Neque fornicariis, neque adulteriis, Et regnum Dei possidebant. Quamvis enim in operibus misericordiae se exerceant, charitatem non habent, quia non agit per eam. Dicit vero Apostolus ibidem c. 13. Si distribuero in eibos pauperum omnes facultates meas... charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Dicitur etiam Jacobi 2. Quicumque vestram legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.

Quinto, tametsi certum sit, & de fide, vel unicum mortale peccatum, in quo quis moritur, ad eternam sufficiere damnationem; in eo nibilominus circa divinam misericordiam errarunt non solum haeretici, verum & Catholici, imd & Sancti quidam, quod damnatos quidem consuerint omnes, non solum infideles, sed illos etiam fideles quorum crimina nimium preponderant ipsorum operibus bonis. Sed non crediderunt unum, vel plura mortalia ad combustionem eternam sufficere, si is preponderarent ipsorum opera bona. Ita sensisse videatur Author sermonis 59. in Appendix S. Augolini: Erit enim (inquit) ibi fine dubio compensatio bonorum malorumque, Et

velut in statua posita utraque pars, qua demerserit, illa sibi eorum, quod momentum vergitur, operarium vindicabit. Si ergo malorum multitudo supervincit, operarium suum periret ab gehennam; si vero majora fuerint opera bonorum, summam vel obstant & repugnabunt malis, atque operatorem suum ad regnum vivorum ex ipso etiam gehenna confuso revocabunt. Sicut & Damascenus in oratione defunctis: Dominus Deus, id quod manibus suis effinxit, in eternum conservabit, nisi quis perspicue deplorat improbitati fuerit, reclamans fidem contempserit, in eoque causa sit, ut sinistra ipsis lana deorsum, pre gravitate, majorem in modum prepondere. Narrant enim viri quidam divinitas illustrati, hominum actiones in extremo vita spiritu, non feceris aquae in tristitia, perpendi. At si quidem dextra lana supra alteram effatur, non esse dabundant, quin, quicquid ille est, inter dexterous Angelos animam exalteat. Si autem paria utrinque lanci momenta sint, Dei elementum procul dubio victoria obtinet. Quis & a sanctissimis viris probatum est, etiam tanta non nihil adlevare verga, tum tamen Dei misericordia etiam supplet id quod defideratur. Habet etiam tres divinas Domini sententias. Quarum prima iusta est. Altera benigna & humanitas plena. Tertia bonitatem omnem excedit. Sequitur quarta, qua quidem tanta denique locum habet, cum improba & flagitiosa actiones nimium prepondereant, &c. Succinctus Philippus Solitarius, Gracius Scriptor, in sua Diopatra. Et ante omnes istos Laetantius Firmianus l. 7. divinaris institut. c. 20. Judicabuntur ergo, qui Deum seivierunt, Et facinora eorum, id est mala opera, cum bonis collata, ponderabuntur, ut si plura & gravira fuerint bona iustaque, dentur ad vitam eternam; si autem mala superaverint, condemnantur ad peccatum.

Hinc forte defuncta est confusa in nonnullis Ecclesiis pingendi Michaëlem Archangelum, cum libra, ponderantem in una statua animam cum malis operibus suis, quam diabolus conatur deprimer; in altera vero ejus virtutes, in qua Michaël cum vexillo Dominica crucis impedit conatum diaboli, & ex merito passionis & crucis Christi videtur aliquid statuta superaddere. Cujusmodi pictura licet habere queat sensum bonum, habeatque fundamentum aliquod in Scriptura Dan. 6. Apennus es in statua, Et inveniens minis habens, id est indignus misericordia, per quam revoceris ad pentecontem, & consequenter ad veniam. Quia tamen ex hac pietate facile nonnulli colligerent, quid si consequatur vitam eternam, in quibus bona opera preponderant malis, ait insignis Doctor Molanus l. 2. de sacris imaginibus c. 23. consultius omittitur. Erraverunt enim laudati Patres, si ad litterarum genitum ferient, quod citata verba ipsorum praeseferunt. Quia de divina misericordia existimatim prætergressi sunt fines, quos Deus per sacras Litteras commonstravit. Cum ex sacris Litteris palam habemamus, eum qui moritur, vel in uno mortali crimen, post opera bona quamlibet multa & magna, eorum meritum omnium amittere, damnationemque incurere sempernam, ut constat ex sacris textibus n. 133. relatis, nec non ex Ezech. 18. Si averterit se justus à iustitia sua, Et fecerit iniquitatem... omnes iustitiae ejus quas fecerat, non recordabuntur, &c.

Sexto, Andreas Vega in Trid. l. 6. c. 17. censet adulum justificari talivarique posse sine fide explicita Christi, imd & sine ulla de Deo notitia, atque adeo sine ulla fide unius Dei, si invincibili labore ignoranti illius. Sed hoc a fortiori damnavit Innocentius XI. propos. 22. inter 65.

Septimō, Simeonius in libro quem defensionem virtutis inscripsit, tract. 2. scđt. 1. c. 2. Vide (in-

quit) bonitatem Dei, non tam precipit amorem fui, quam odium velat, sive formale & actualis (quod non humanum, sed diabolicum est) sive materialis, quod in mandatorum transgressione possumus est. Et cap. 2. magnum divinae dilectionis mandatum explicans, dicit, quod sine interno amoris affectu ceteras divinas leges sub mortali obligantes adimplentes, in rigore obedit magno mandato, quantum satis est, ut salvis sit. Et in responsu ad libell. famos. pag. 21. Non parum est, si semper in vita uno amoris actu fungemur, a quo hoc plus feret, quam quod in rigore precipitur. Quam propositionem cum alter ejusdem cum Srimondo Instituti post damnatam ab Alexandro VII. propositionem 15. ex 45. renovata in Thesi propugnata in Collegio Musipontano 14. Januarii 1689. his verbis: Finem ultimum homo non tenetur amare, neque in principio, neque in cursu vite sue mortalium: Alexander VIII. in decreto de 24. Augusti declaravit haereticam, & ut talim damnavit.

138 Octavum, magnum divinae benignitatis ac misericordiae erga homines beneficium vari Recentiores existimantur, quod tot sint in mundo probabiles opiniones, per quas tam suave redditum (inquietum) jugum Domini, ut tametsi tota penè Theologia Moralis problematica sit Escobarum, qui pluribus ingentibus voluminibus penè totam problematicam conscripsit, id est secundum duplum viam, quarum una alteri contradictoriè opponitur: est, & non est: licet, & non licet: peccat, & non peccat: tenetur, & non tenetur: sufficit, & non sufficit, &c. nihilominus utramlibet ex duabus hisce viis ad eum securam pronuntiat, ut quacumque duarum primâ diversarum invenientur homines, rectâ tendant ad superos. Ita ille to. 1. Theol. Moral. in præloquio c. 3. n. 13. Hinc Bassius verbo conscientia: Ex opinione (Inquit) varietate, jugum Christi suaviter suffinetur. Posset namque evenire plerosque hominibus rebellis se prodere, si ad aliquid determinatè agendum, vel omnitudinem constringerentur.... Providentia ergo superna cautum est, uticam tantam viam operationum moralium non dari, sed rectam posse inveneri actionem, sive iusta unam, sive iuxta alteram opinionem operentur mortales. Ideo bonitas divina diversa ingenia hominibus constituit, quibus diversa inter se iudicia rerum ferrent, & se recte operari arbitrarentur. Deo namque nullum emolumen accrescit, quid quis operetur iuxta unam vel alteram opinionem: solùm desiderat mandatum suum non infringi. Cum igitur iuxta probabilem opinionem operans Dei præceptum non infringat, Dei non intercessi quidquam, quid juxta unam vel alias opinionem operatio dedicatur. Haec tamen Bassius. Et concinnus Sancius in scel. disp. 44. Ergo Ecclesia Catholica felicior dici debet (ait Garciamel in Theol. Regul. disp. 6.) quid exaberat sanctissimis & doctissimis viris, qui introduxerant benignas opiniones. Quia dannarentur plurimi, quos sententie probabilitas salvat. Nec inde Ecclesia infelix, quid Doctores operentur passim; sed & inde felicior, quod benignis & facilius suis possit ad lauream empyream promovere. Quod & Spinula (post Henricuz) repetit in opusc. de libera & prudenti electione disp. 3.

139 Hinc rursus Caramuel in epist. ad Anton. Dianam: Ego ingenium Diana, viri quidem doctissimi, veneror. Ejus industria multas opiniones evallisit probabiles, que anteā non erant, invidius sit qui non affirmet. Si jam sunt probabiles, que anteā non erant, jam non peccant, qui eas sequuntur, licet anteā peccaverint. Ergo si ejusmodi peccata ab Orbe Litterario Diana sufficiunt, merito dicetur Agnus Dei, qui absulit peccata mundi. Habet Navarrus & veteres Casuistæ gloriari suam:

funto Leones, & à rigore & severitate laudentur. Esto Agnus tu, laudandus à benignitate.

Uique adē vero magnum illud probabilitatis, 140 seu divinae bonitatis ac misericordiae per probabilitatem beneficium, novi illi Agni Dei, peccata mundi tollentes, extulerunt, ut ad excusandam operationem à peccato Tamburinus l. 1. in De. cal. c. 3. §. 3. n. 3. & 8. Pasqualigus decif. 18. aliqui Probabilitas, minimam de leito probabilitatem, dummodi probabilitatem, sufficere docuerint, etiam si de ea probabilitate non nisi probabilitas confiterit. Sed hoc Innocentius XI. propos. 3. meritisime condemnavit.

Nono, Franciscus Carolus Reynalters in Appendix ad suam responsionem brevem n. 241. 242. & 243. tantum predicit Dei erga peccatores quoscumque misericordiam, ut omnibus ultrò sic offerat gratiam verae poenitentiae, quod non si multo tempore, vel labore requirendā, sed ei dumtaxat contentiendum. Et n. 280. addit, quod ad contritionem imperfectam, etiam à confutudinarii elicendam (de iis enim agit tota Appendix) imò spē ad perfectam non requiriunt aliis labor, quam ut poenitens, se preparans ad confessionem, examinat̄ conscientiam, conetur excitare verum dolorem, ex consideratione turpitudinis peccati, & bonitatis divinae offensa: tunc facient quod in se est, Deus non deest. Quis non solum infundat, sed & alicui esse à Scriptura & traditione, probabit ubi de poenitentia.

Decimo, Author Pentalogi diaphorici in Appendix fol. 7. Si quoties (inquit) recidivis se immunit de bono in malum, toties divina misericordia vult recidivum immutare de malo in bonum, qui accusabis adversus recidivum? . . . has variantes divina misericordia divisit.

Undecimo, idem in Pentalogo c. 6. n. 51. 143 postquam dixit, quod ad completionem divina misericordiae participationem requiruntur diversi gradus peccatorum, quorum aliqui uno, alii aliis modis divinam participationem misericordiam: tres (mete ex sensu suo) comminiscuntur ordines electorum. Quorum tertius est eorum, quos continuā cadere permitit Deus, us per Sacramentum pœnitentia continuā resurgent.

Duodecimo, idem in elucidatione circa usum 144 absolutionis fol. 97. taciti predicit excessum divine misericordiae, ut etiam à peccantibus ex habitu per viginti annos, centieque & centies in eadem peccata relapsi, tamē vitam duxerint enormiter flagitiosam, nullumque sit crimen, quod non commiterint, ad hoc ut sacramentaliter à Sacerdote absolvī possint, nec postulet emendationem notabilis tempore, nec fructus dignos pœnitentia, sed folia dumtaxat. Quia tria effata ipsius, divina Scriptura, Sanctorumque traditioni contraria esse ibidem ostendemos. A supradictis proinde opinione abstinuissent haud dubiè memorati Authores, si de divina misericordia aliud non sensissent, nisi quod ex sacris Litteris, & Sanctorum traditione didicissent.

## CAPUT XV.

*Ad perficiendum Sacramentum non sufficit babilis intentio Ministri: nec requiritur actualis: sufficit virtualis.*

Capite undecimo probavimus in Ministro Sacramenti necessariam esse intentionem faciens Sacramentum. Quod quia tribus modis Minister intendere potest, utique vel actualiter, vel virtualiter, vel habitualiter. Quærerit utro istorum modorum id debeat intendere?

*Intentio actualis: illa est quam Minister habet 146 actu, dum conficit Sacramentum, sive (ut Syl-*